N. 3308.

CURRENDA XX.

A. D. 1861.

Nr. pr. 166.

Allocutio SS. Papæ Pii IX. habita in Consistorio secreto die XXX. Sept. 1861.

Sanctissimus Dominus Noster rursus ascendit Cathedram S. Petri, ex qua varias orbis plagas contuens,

1. vividis depingit coloribus injurias, quæ jam Sedi Romanæ, jam Clero cujuscumque generis; jam utrique reipublicæ; jam templis, coenobiis, urbibus; jam subditis et fidelibus; jam religioni et morum disciplinæ.... in Italia et America inflictæ sunt aut hodiedum infliguntur; et quæ postulationes iniquæ incessanter in medium proferuntur.

2. Deplorat desertionem quorumdam e Clero ad inimicorum castra.

3. Encomiorum suavitate et gratiarum actione cohonestat intrepidos Sui, Ecclesiæq. sanctæ asseclas, ac eximios e variis etiam dissitissimis mundi plagis... benefactores.

4. Fiduciam collocat firmissimam in Domino, apud quem est magnificentia et potentia et gloria atque victoria, ad quem ut levemus indies oculos, et manus efflagitat. &c.

Percepta hac synopsi lustrate filiali ardore Fratres in Christo Dilectissimi! ipsum Patris afflictissimi sermonem, quem accepimus ab Eminentissima Vien. Nunciatura Apostolica, et apicibus ejus ad lacrymas commoti, haud cessate auxilium ferre præprimis precibus fervidis per Vosmet ipsos in Collectis sub Missis pro Papa &c. continuo assummendis, et per Xtifideles ope orationum: Pater noster et Ave Maria quotidie hunc in finem recitandarum.

Tenor Venerandæ Allocutionis sequens:

„VENERABILES FRATRES"

„Meminit unusquisque vestrum, Venerabiles Fratres, quanto animi Nostri dolore in hoc amplissimo vestro consessu sæpissime lamentati simus gravissima et nunquam satis deploranda damna catholicæ Ecclesiæ, huic Apostolicæ Sedi, Nobisque cum maximo ipsius civilis societatis detrimento illata a Subalpino Gubernio, atque a funestissimae rebellionis auctoribus et fautoribus in miseris præsertim Italiae regionibus, quas idem Gubernium iniuste aeque ac violenter usurpavit. Nunc vero inter alia innumera et semper graviora vulnera sanctissimae nostræ religioni ab ipso Gubernio, et nefariae conspirationis hominibus indesinenter inflicta dolere cogimur, Dilectum Filium Nostrum clarissimum vestrum Collegam, ac vigilantissimum Neapolitanæ Ecclesiæ Archiepiscopum pietate ac virtute conspicuum, quem hic præsentem intuemini, militari manu fuisse comprehensum, et a proprio grege cum ingenti bonorum omnium luctu avulsum. Omnes autem norunt, quomodo ejusdem Gubernii et rebellionis satellites omni dolo et fallacia pleni, atque abominabiles facti in viis suis veterum haereticorum molitionis et

furores renovantes, et contra sacra omnia debacchantes, Dei Ecclesiam, si fieri unquam posset, funditus evertere, et catholicam religionem, ejusque salutarem doctrinam ex omnium animis radicitus extirpare, et pravas quasque cupiditates excitare et inflammare connitantur. Hinc omnibus divinis humanisque proculcatis juribus, et ecclesiasticis censuris omnino spretis, Sacrorum Antistites audacius in dies a propriis Diœcesibus expulsi, atque etiam in carcerem missi, et quamplurimi fideles populi suis orbati pastoribus, et utriusque Cleri viri miserandum in modum divexati, omnibusque injuriis exagitati, et Religiosæ Familiæ extinctæ, earumque Sodales e suis Cœnobiis ejecti, ad rerum omnium inopiam redacti, et Virgines Deo Sacrae panem emendicare coactæ, et religiosissima Dei Templa spoliata, polluta, et in latronum speluncas conversa, et sacra bona direpta, et ecclesiastica potestas, ac jurisdictio violata, usurpata, et Ecclesiæ leges despectæ et conculcatæ. Hinc publicæ depravatarum doctrinarum scholæ constitutæ, et pestiferi libelli et ephemerides e tenebris emissæ, ac late per omnia loca immanibus hujus scelestæ conjurationis sumptibus dissipatæ. Quibus perniciosissimis et abominandis scriptis sanctissima fides, religio, pietas, honestas, pudicitia, pudor, omnisque virtus oppugnatur, ac vera et inconcussa aeternae naturalisque legis, ac publici, privatique juris principia, praecepta evertuntur, et legitima cujusque libertas, proprietas impetitur, ac domesticae cujusque familiae et civilis societatis fundamenta labefactantur, omniumque bonorum fama falsis criminationibus, maximisque laceratur conviciis, et effrenis vivendi, et quidlibet audendi licentia, omniumque vitiorum et errorum impunitas majorem in modum fovetur, propagatur, ac promovetur. Nemo vero non videt, quam luctuosa omnium calamitatum, scelerum, et exitiorum series ex hoc tanto impiae rebellionis incendio in miseram praesertim Italiam redundaverit. Etenim, ut Prophetae verbis utamur, „*maledictum, et mendacium, et homicidium, et furtum, et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit*“ (1). Horret quidem refugitque dolore animus, et commemorare reformidat, plura in Neapolitano Regno oppida incensa et solo aequata, et innumerabiles prope, integerrimosque Sacerdotes Religiososque viros, et cujusque aetatis, sexus et conditionis cives, ac vel ipsos aegrotantes indignissimis contumeliis affectos et, indicta etiam causa, aut in carcerem detrusos, aut crudelissime necatos. Ecquis non acerbissimo conficiatur moerore videns, a furentibus rebellionis hominibus nullam sacris Ministris, nullam Episcopali, et Cardinalitiae dignitati, nullam Nobis, et huic Apostolicae Sedi, nullam sacris templis et rebus, nullam institiae, nullam humanitati reverentiam haberi, sed omnia excidiis et vastationibus compleri? Haec autem ab iis patrantur, qui minime erubescunt summa impudentia asserere, se velle Ecclesiae libertatem dare, et moralem sensum Italiae restituere. Neque illos pudet a Romano Pontifice postulare, ut iniustis eorum desideriis annuere velit, ne majora in Ecclesiam damna redundent.

Atque illud quoque vel maxime dolendum, Venerabiles Fratres, quod nonnuli ex utroque Clero in Italia viri ecclesiastica etiam dignitate ornati tam funesto aberrationis et re-

(1) Oseas cap. 4. v. 2.

bellionis spiritu misere abrepti, ac propriae vocationis et officii omnino obliti a veritatis tramite declinaverint, et pravis impiorum hominum consiliis faventes cum incredibili bonorum omnium luctu facti sint lapis offensionis et petra scandali.

Ad haec autem quae deploramus mala illud etiam permolestum accedit, quod haud ita pridem in Mexicana ditione ejusdem generis homines simili contra catholicam Ecclesiam odio incensi non extimuerunt iniquissimas leges ejusdem Ecclesiae potestati, juribus doctrinae plane adversas promulgare, ecclesiastica bona praedari, sacras aedes spoliare, in ecclesiasticos religiososque viros saevire, Virgines Deo devotas divexare, Episcopos variis oppressos iniuriis a suis gregibus distrahere, et in exilium pellere, qui fere omnes in hanc almam urbem Nostram venerunt, et non levi Nobis solatio fuere propter egregias virtutes, quibus tantopere praestant.

Neque id satis, nam in alia Americæ parte, scilicet in Neogranatensi ditione recentissimis hisce diebus rerum civilium perturbatores suprema auctoritate potiti infandum protulere decretum, quo ecclesiastica potestas suam auctoritatem exercere prohibetur absque civilis gubernii venia et assensu, et inclytae Societatis Jesu Sodales de re christiana et civili optime meritos exturbarunt, atque insuper Nostrum, Sanctaeque hujus Sedis Delegatum a ditionis finibus triduo abire coegerunt.

Enimvero in hac tanta tamque tristi omnium divinarum humanarumque rerum perturbatione vel facile intelligitis, Venerabiles Fratres, quanta afflictemur amaritudine. In maximis vero curis, et angustiis, quas sine peculiari Dei auxilio ferre nullo modo possemus, summæ certe consolationi Nobis est eximia Venerabilium Fratrum tum Italiae, tum universi catholici orbis Sacrorum Antistitum religio, virtus ac fortitudo. Namque iidem Venerabiles Fratres arctissimo fidei, caritatis et observantiæ vinculo Nobis, et huic Petri Cathedræ mirifice obstricti, nullisque periculis deterriti, cum immortali sui nominis et ordinis laude proprium ministerium implentes non desinunt tum voce, tum sapientissimis scriptis Dei, Ejusque Sanctae Ecclesiæ, et hujus Apostolicæ Sedis causam, jura, doctrinam, et justitiæ atque humanitatis rationes impavide defendere, propriique gregis incolumitati diligenter consulere, ac falsas et erroneas inimicorum hominum doctrinas refellere, et impiis illorum conatibus viriliter constanterque obsistere. Nec minori quidem jucunditate perfundimur, cum videamus, quot splendidis sane modis ecclesiastici tum cujusque Italicae regionis, tum totius christiani orbis viri, et fideles populi illustria suorum Antistitum vestigia sectantes singularem suum erga Nos, et hanc Apostolicam Sedem amorem, venerationemque, et egregium in sanctissima nostra religione profitenda ac tutanda studium magis in dies ostendere ac declarare glorientur. Cum autem iidem Venerabiles Fratres, eorumque Clerus et fideles populi summopere doleant, Nos fere omni civili Nostro, et hujus Sanctae Sedis principatu spoliatos in angustis rebus versari, iccirco nihil sibi gratius, nihil gloriosius, nihil religiosius esse existimant, quam ut piis, ac spontaneis suis largitionibus gravissimas Nostras, et hujus Sanctae Sedis omni studio amantissime sublevent angustias.

Quocirca dum in humilitate cordis Nostri maximas Deo totius consolationis agimus gratias, qui tam insigni Episcoporum et populorum fidelium pietate ac largitate acerbissimas Nostras molestias, et aerumnas lenire, solari ac sustentare dignatur, gratissimi animi Nostri sensus eisdem Episcopis populisque fidelibus iterum palam publiceque testari et confirmare laetamur, quandoquidem eorum dumtaxat ope auxilioque maximis et in dies crescentibus Nostris, et hujus Sanctæ Sedis indigentiis occurrere possumus.

Atque hic, Venerabiles Fratres, silentio praeterire non possumus assiduas impensi amoris, firmissimae fidelitatis, devotissimi obsequii, et munificae liberalitatis significationes, quibus Romanus hic Populus ostendere et probare studet ac gestit, nihil sibi potius esse quam ut Nobis et huic Apostolicæ Sedi, ac legitimo Nostro, ejusdemque Sedis civili imperio constantissime adhæreat, omnesque nefarios perturbatorum et insidiantium hominum motos conatusque repellat, et ex animo adversetur ac detestetur. Vos ipsi, Venerabiles Fratres, locupletissimi testes estis, quibus sinceris, publicis ac luculentissimis declarationibus idem Romanus Populus Nobis carissimus hujusmodi egregios avitae suae fidei sensus, amplissimis laudibus omnino dignos, profiteri et in medium proferre non intermittat.

Jam vero cum divinum promissum habeamus, Christum Dominum usque ad consummationem saeculi cum Ecclesia sua futurum, et inferi portas contra eam nunquam esse praevalituras, certi sumus, divinis suis promissis non defuturum Deum, qui faciens mirabilia ostendet aliquando tantam tempestatem non ad Ecclesiae navem demergendam, sed ad eam altius attollendam fuisse excitatam. Interim non desistamus, Venerabiles Fratres, potentissimum Immaculatae, sanctissimaeque Dei Genitricis Virginis Mariae patrocinium enixe, et assidue implorare, ac ferventissimis precibus dies noctesque ipsum clementissimum Deum, cujus natura bonitas, cujus voluntas potentia, cujus opus misericordia est, orare et obtestari, ut velit cito abbreviare dies tentationis, et christianae civilique reipublicae tam vehementer afflictae auxiliariam suam porrigere dexteram, utque divinae suae gratiae et misericordiae divitias super omnes propitius effundens, omnes Ecclesiae, et hujus Sanctae Sedis hostes convertat, et ad justitiae semitas reducat, atque omnipotenti sua virtute efficiat, ut, omnibus depulsis erroribus, omnibusque de medio sublatis impietatibus, sanctissima sua religio, qua temporalis quoque populorum felicitas et tranquillitas vel maxime continetur, ubique terrarum magis in dies vigeat, floreat ac dominetur.“

Emisimus e Palatio Eppali. Tarnoviæ 10. Oct. 1861.

Nr. præs. 128.

Contestatio receptorum 2140 fl. et 30 x. V. A. in rem Bulgarorum; gratiarum actio, apprecatio....

Eminentissimus Nuntius Apostolicus Viennensis, receptis in favorem Bulgarorum in sinum Ecclesiæ reversorum submissis 2140 fl. 30 x. V. A. gratissimam ad Nos expedire dignatus est Epistolam, cujus tenorem heic apponendum curavimus:

„Nr. 271. Illustrissime ac Reverendissime Domine. Rite ad hanc Apostolicam Nuntiaturam perlati sunt 2140 fl. et cruc. 30 V. A. a Suæ Diœcesis Clero et grege collati in subsidium Bulgarorum, qui nuper ad Ecclesiæ Catholicæ communionem reversi sunt.

Præfatae ergo pecuniae receptionem dum his meis Vestrae Dominationi Illmæ et Rvmæ annuntiare festino, pergratum mihi est simul debitis meae laudis gratique animi officiis complecti praeclara ista erga fidei caritatisque catholicae unitatem studia, quæ Vestra Dominatione exhortatione atque exemplo praeeunte suæ Dioecesis clerus populusque præsetulit in hujusmodi pecuniae summa suppeditanda in Bulgarorum favorem: itidemque mea vota exprome-re, ut hanc in Catholicos Bulgaros *communicationem* Deus rependere dignetur *sufficientiam in omnibus tribuendo*, et *in omne opus bonum obundantiam impertiendo.*

Interim peculiari cum observantia permaneo Dominationis Vestrae Illmae et Rvmae Addictissimus famulus Ant. Archiepiscopus Tarsensis, Nuntius Apostolicus m. p.

Vindobonae die 16. Aprilis 1861.“

Ad tenorem hujus adjiciendam reputamus quoque e parte Nostra collaudationem ob fatigia et dona larga, apprecationem faustissimorum cunctorum per divinam benedictionem; nec non provocationem ad immitendas restantes adhuc quotas e variis Dioeceseos angulis, ad fervidas preces pro constanti in fide illorum perseverantia. Tarnoviæ 19. Sept. 1861.

N. 3074.

Oświeżenie Rozporządzenia Rządowego względem Tabel miesięcznych co do umarłych.

Kurenda VI. i XII. r. 1857 pod L. 1531 i 3631 podała do wiadomości i zachowania... Przepis Wys. Rządu krajowego w Krakowie, mocą którego obowiązani zostali Wójcia, Oględacze trupów, Dyrektorowie szpitalów, aby każden zaraz przypadek śmierci podawać do Zwierzchności swojéj celem przedsięwzięcia pertraktacyi po zmarłych, a znowu dusz Pastérze odebrali polecenie, sporządzać na *końcu każdego miesiąca* spis umarłych i przesłać go przez Wójtów do Sądu swego powiatowego.

Wys. c. k. Namiestnictwo Lwow. Reskryptem z 13. Paź. r. b. L. 67091 od Siebie tożsamo poleca i c. k. Urzędóm okręgowym spory zapas tych Wykazów pod tytułem: »Ausweis über die im Monate N. Verstorbenen« przeséła z nakazem, aby Duchowieństwo niemi obdzielały, któreto obowiązuje się, aby nie omieszkiwało tych wykazów zapełnionych z *końcem każdego miesiąca* przez Wójtów do Sądów Powiatowych wyprawiać.

Dan w Tarnowie 21. Listopada 1861.

L. 3081.

Pieśni od Wys. Rządu zakazane i t. p.

Wysokie Prezydyjum c. k. Namiestnictwa wydało do wszystkich Starostów i Naczelników powiatowych następujące co do zakazanych pieśni Rozporządzenie z d. 12. List. 1861 L. 10797.

»Ohne Angabe des Druckers und Druckortes und ohne eines Titelblattes ist eine aus acht Duodezblättern bestehende nicht paginirte Druckschrift erschienen, welche auf den ersten zwei Seiten ein Gebeth mit der Aufschrift „Modły narodu polskiego", dann mehrere regierungsfeindliche Lieder enthält, und zwar:

1. Unter der Aufschrift: „Modlitwa" das verbotene Lied „Boże coś Polskę".

2. Ein Lied unter der Aufschrift: „Pieśń do serca Jezusowego" welches laut beigefügter Bemerkung auf die Melodie „z dymem pożarów" zu singen ist, und mit den Worten: „Z tej naszej nędzą ściśnionej ziemi — W niebo się wznosi błagalny jęk"— beginnt.

3. Unter der Aufschrift: „Modlitwa do N. Panny Maryi" das verbotene Lied: „Matko Chrystusa, najświętsza Marya"

4. Unter der Aufschrift: „Pieśń" das verbotene Lied „Boże Ojcze, Twoje dzieci".

5. Unter der Aufschrift: „Modlitwa za Polskę" ein Lied, welches mit den Worten: „Do Ciebie Panie wznosim nasze modły, — W drodze żywota znękani niezmiernie"— beginnt, und laut Anmerkung auf die Melodie des Liedes „Boże coś Polskę" zu singen ist.

6. „Pieśń do Ś. Stanisława" — ein Lied auf die Melodie „Kiedy ranne wstają zorze" — beginnend mit den Worten „Święty wielki w cudy Panie — Synu prawy polskiéj ziemi, — Oto prośba krwią polana, — Tych co winni być wolnymi."

7. Unter der Aufschrift: „Pieśń" — ein Lied, welches beginnt mit Worten „Bądź pozdrowiona Maryo przeczysta, — Królowo Polski, Panno wiekuista".

Diese Druckschrift und die einzelnen in derselben enthaltenen Lieder werden als verboten erklärt, und hievon der Herr Vorsteher zur Darnachachtung mit dem Beifügen verständigt, daß gegen die Verbreiter dieser Druckschrift, sowie jener einzelnen Lieder die strafgerichtliche Amtshandlung einzuleiten ist.«

Osnowa ta do wiadomości i ostrzygania.

Tarnów dnia 21. List. 1861.

N. 3157.

Poleca się O. Bakulę z Hercogowiny.

Według oznajmienia Wys. c. k. Namiestnictwa z d. 7. List. r. b. L. 72565 O. Piotr Bakula, Misyonarz z Zakonu Bernardyńs. w Hercogowinie Apostolski uzyskał w Wys. Ministerium Państwa pod d. 28. Paź. r. b. L. 10384 pozwolenie do zbiérania jałmużny na rzecz Missyi katolickiéj w wspomnionéj Prowincyi, a Konzystorz tutejszy otrzymał zlecenie polecenia go Diecezanom.

Stósownie do tego Wys. Zlecenia poruczamy tegoż Męża hojności tak Szan. Duchowieństwa jako i pobożnego ludu. Tarnów 28. List. 1861.

L. 2506.

Okna malowane trwałe do kościołów tanie.

Według uwiadomienia księgarni Quosa w Linnich w Prusach nadreńskich, fabryka P. Oidtmanna tamtejsza podług najpierwszego wynalazku kościelne wyrabia okna szklanne

malowane w rozmaitych polubownych obrazach. Szkła te dwa razy przez ogień przechodzące malowaniem trwałém się zalecają; stopa ich kwadratowa bez ołowiu kosztuje tylko 30 kr. srebr., oprawne zaś w ołów 45 kr. srebr. Stopa takich okien, dawniéj według starego sposobu dwa talary srebr. wynosiła.

Jeżeliby Szanowne Duchowieństwo dla ozdoby kościołów swoich podobne okna otrzymać żądało; wzorki ich w każdym Konzystorzu znajdujące się, zobaczyć można przy sposobności, i w razie okazania ochoty do nabycia tychże, Konzystorz dalsze kroki uczyni.

Taż sama księgarnia uwiadamia, że od 1. Maja 1861 wychodzi zbiór rycin malowanych okien, w zeszytach na pięknym papierze po 30 kr. a wzory okien w naturalnéj wielkości po 22 kr. K. M. upraszając o zamówienie.

Tarnów dnia 3. Października 1861.

L. 2871.

Wezwanie do korzystania z kasy oszczędności w Tarnowie.

Z dniem 1. Listopada 1861 wchodzi w życie kasa oszczędności w Tarnowie, uchwałą Wys. c. k. Ministerium Spraw wewnętrznych z dnia 26. Maja 1861. L. 5468 zatwierdzona. Wzywamy Was Szanowni Bracia, abyście lud Wasz do udziału w tém materyalnie jak i moralnie użyteczném przedsiebiorstwie zachęcili. Kasa oszczędności zbiérając rozprószone siły, grosze, bo i 25 krajcarów a. w. wkładać można, w jednę sumę, zapobiega roztrwonieniu grosza zostającego w pracujących ludu rękach, przyzwyczaja do szanowania, oszczędzenia i drobnego grosza; a przyjmując go za odsetki, któremi, gdy się ich niepobiéra, kapitał pomnaża, już tém samém jest bardzo dobroczynnego wpływu. Z drugiéj zaś strony zgromadzony grosz w większą sumę, pod pewnemi warunkami daje w ręce tych, którzy potrzebują piéniędzy w swoich sprawach, i umieją niemi zarabiać a tak zapobiega szkodliwemu lichwiarstwu. Któż nie dozna dobroczynnéj strony téj dążności, gdy tylko rozważy, że nasi służący, skoro ich o tém oświécimy, grosz swojéj zasługi do kasy oszczędności złożywszy, unikną ponęty i sposobności rozpijania się i płatania nieżądów wypływających z pijaństwa i tak nam dziś dokuczających. Kasa oszczędności Tarnowska tém większéj uwagi godna, że ją blisko nas mając, kosztów przesyłki znacznych unikniemy, i łatwiéj, co się dzieje, widzieć będziemy mogli. Mężowie, którzy się zarządem téj instytucyi trudnią, są ze wszech miar godni, a do wydziału nadzor nad kierunkiem téj sprawy mającego, jeden z tutejszych Ks. Kanoników należy. Kasa oszczędności płaci wkładającym cztéry od sta, sama zaś dając na pożyczkę, pobiéra 5 od sta. Tym sposobem opędza wydatki, bez których się zarząd obejść nie może, i doznając udziału pomyślnego przychodzi do kapitałów, które się na dobre cele poświęcać będą.

Przy każdéj dobréj sposobności Zacni w Chrystusie Bracia! z ludem o tém pomówicie, dobrą stronę téj instytucyi przedstawicie, i dobry przykład tém dacie, że domowników waszych, grosza tego, bez którego się obejść mogą, do złożenia w kasie oszczędności zachęcicie. Z Konzystorza Biskupiego. Tarnów dnia 30. Października 1861.

L. 3073.

Odezwa względem dziełka „Ich weiß, daß mein Erlöser lebt.“

Z kur III. szkolną tegoroczną wyprawiliśmy po 1. egzemplarzu dopiero wzmiankowanego dziełka do sprzedania za 80 kr. W. A. z wezwaniem do zamówienia większéj ilości egzemplarzy celem wspiérania Autora, w nędzy z powodu przejścia na łono kościoła naszego zostającego. Lecz dotąd nie widać ani pieniędzy, ani egzemplarzy zwróconych, tém mniéj zamówienia Ponieważ P. Schmidt upomina się o własność swoją i t. d. pod d. 12. b. m. zaczem odzywamy się do Przewielebnych Ks. Dziekanów, aby ku radości Autora jak *najrychléj* przed upływem roku 1861 nadesłali 80 cent. za tenże odebrany egzemplarz, albo w najgorszym przypadku zwrócili takowy. Tarnów 21. Listopada 1861.

N. 3261.

Competentia pro Currendis in annum 1862 immittenda commendatur.

Nos iterum commoditati indigentiisve Vener. Cleri in annum 1862 prospecturi, Ordinationes utriusque Reipublicæ, Informationes, Publicationes, Meditationes.... prelo, prout antecedentibus annis, mandaturi sumus. Ven. Clerus de abundantia materialium pro Currendis tanta persuasionem quolibet nanciscitur anno. Expensae quoque exinde haud exiguae ferendae sunt.

Quoniam pro iis tegendis fundus in Cancellaria Consistoriali deest, nil aliud restat, quam ut rursus Ven. Clerus ad eas sopiendas excitetur, qui ut hucusq. libenter illam exiguam contribuet quotam, quæ annis 1860 et 1861 solvebatur a quolibet resp. Presbytero, colligetque Currendas solerter, ac dein collectas ex anno in fasciculum consuet qua Repertorium variorum, variis temporibus necessariorum. Idem facient Magistri scholarum.

His præmissis Perillustres Domini Decani et scholarum Inspectores requiruntur ad expostulandas competentias quæst. tam a Ven. Clero quam Spect. Magisterio scholarum, immittendasq. mature, ne mora et personarum mutatione intergressa, difficultas in conquirendis sensim quotis exoriatur. Figent Suum quoque oculum penes Visitationes, num in præscripto ordine non tantum conserventur, verum etiam lustrentur. Dabunt non minus operam, ut Currendæ, quamprimum receptæ fuerint, ulterius et regulariter expediantur; optime scientes, omne charitatis et obedientiæ opus largissime remuneratum iri.

Tarnoviæ 29. Nov. 1861.

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 5. Decembris 1861.

PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.